



NOBILITATE ET PRVDENTIA
CLARISSIMIS VIRIS

Dn. QVIRINO REHLINGERO,
Dn. MARCO VELSERO,

AVG. VINDELIC. II. VIRIS PRÆF.

VII. VIRVMQVE COLLEGIO

ARDVVM videtur, Patres Am-
plissimi, Jurisprudentiæ intento, plæ-
clari nominis famam in Mathematicis
scientiis quærere. Primum, quod le-
gum cognitio, siderumquè contempla-
tio, toto quasi coelo distantia: dehinc,
quia plurimi, quæ Matheseos argumenta propo-
fueris, ad res serias, minùs idoneum, elaborâsse
fastidiunt. Hinc quæstui & socordiæ omnibus mo-
dis dedici, præstantissima quæque, vetustatis sicu ob-
ducta, deflorata, contemnunt, aut ferè negligunt.
Quibusdam hæc consuetudo conciliat, non nulla
ipfa natura ingenerat; hunc devictarum ur-
bium